dat et admittit. Submittendo se de Omnibus bonis cum successoribus suis Memoratum tenutarium suum et eius posteros occasione praemissorum ab Omni impedimento vindico quarumvis personarum propinquarum et remotarum per totum tempus tenutae eiusmodi tueri defendere evincere Solusque per se et per submissas personas non minuare sub Vadio Simili aliorum Triginta florenorum Polon. Et Coram officio praesenti in primo Citationis Termino peremptoria responsione Omnibus in Universum iuris remedijs et et defensis se et suos successores ubi abscribendo et abrenunciando.

Truskowski Obligatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Branscen. personaliter comparens Nobilis Christophorus olim Martini Truskowski sanus mente et corpore existens palam ac libere recognovit. Quia Nobili Adamo Truskowski fratri suo germano et eius successoribus bonorum in hereditate Truskij consistens Tres sulcos a via Zubinska ad Żłowanie tenden. inter metas Oporowski et eiusdem Adami fratris sui iacen. In alio campo duos sulcos a via Pietkowska ad Brzeska tenden. inter metas successorum olim Andreae Kuźmiński et eiusdem fratris sui iacen. In tertio campo tres sulcos a meta ad Sylvam dictam Zaporwiedni tenden. inter metas Laurentij Radziszewski et eiusdem fratris sui iacen. In alio Loco Tres sulcos a meta Sierakowski ad metam tenden. inter metas Stanisi Truskowski et eiusdem fratris sui iacen. Cum agris et Omnibus utilibus attinen. et pertinen. Nullis exceptis in Decem Sexagenis Polon. ad exemptionem obligavit et inscripsit. Cui iam exnunc intromissionem realem cum pacifica possessione per Nobilem et Nobiles duos officio acceptandam dat et admittit Submittendo se de Omnibus bonis cum successoribus suis Memoratum tenutarium suum et eius posteros occasione praemissorum ab Omni impedimento vindico quarumvis personarum propinquarum et remotarum per totum tempus tenutae eiusmodi tueri defendere evincere Solusque per se et per submissas personas non minuare sub Vadio Simili aliarum Decem Sexagenarum Polon. Et Coram officio praesenti in primo Citationis Termino peremptoria responsione Omnibus in Universum iuris remedijs et defensis se et suos successores ubi abscribendo.

Szymbor Abrenunciatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Branscen. personaliter comparens Nobilis Jacobus olim Nicolai Samson Jabłonski nomine suo et Nobilis Dorotheae Szymborówna coniugis suae aqua de cato ex gratis cavet sanus mente et corpore existens palam ac libere recognovit. Quia sibi et praefatae coniugi suae Nobilis Thomas olim Andreae Szymbor parens coniugis suae dotem competentem tam in paratis pecunijs quam et paraphernalibus praefatam coniugem suam de bonis Szymbory paternis et Maternis Sibimet spectantibus plenarie persolvit ideo ipsum quietat et liberum facit bonisque Szymbory paternis et Maternis abrenunciat perpetuo.

G. Skiwski Notarij Castren. Branscen. Quietatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Branscen. personaliter comparens Generosus Albertus Wyszinski Exactor Terrae Bielscen. sanus mente et corpore existens palam et libere recognovit. Quia sibi Generosus Joannes Skiwski Notarius Castren. Branscen. qui in Locum Officij sui Nobilem Anselmum Szabłowski subdelegavit Quatuor Millia floren. Polon. debiti Coram actis praesentibus inscripti